Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ultantes. Si ergo fidelis in
non fuistis in alieno quis dabit vobis. Nemo potest duobus dominis servire aut enim unum odio habebit et alterum diligit aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mamonae. Haec autem omnia audientes pharisaei qui erant avari et deridebant eum. Et ait illis. Vos estis qui justificatis vos coram hominibus deus autem novit corda vestra quia quod hominibus altum est abominatio est coram deo. Lex et prophetae usque ad iohannem. Ex tunc regnum dei evangelizatur et omnis in illum vim facit. Facilius est autem coelum et terram transire quam de lege unum apex cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur et qui dimittitur a viro moechatur. Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso et epulabatur quotidie splendide. Et mendicus quidam nomine lazarus iacebat ante ianuam eius ulcerosus cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa divitis sed nemo illi dabat. Sed et canes venientes lingebant ulcera eius. Factum autem est ut moreretur mendicus et ferretur a angelis in sinum abraae. Mortuus autem et divites et sepultus est in inferno. Levavit autem oculos suos cum esset in tormentis videt abraam a longe et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraae miserere mihi et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam quia cruciatus sum in hac flamma. Dixit autem abraae. Fili memento quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint neque inde huc transeant. Dixit autem. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Dicit ei abraae. Habent moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit. Non pater abraae sed si quis de mortuis ierit ad illos poenitentiam agent. Dixit autem illi. Si moysen et prophetas audiunt neque si quis mortuorum resurrexerit credent.

to nō tanquis saranas ipas.

Dum clamarem Dnica.x.
ad dnm exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant mihi et humiliavit eos qui est ante saecula et manet in aeternum iacta cogitatum tuum in dno et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas multiplica super nos gratiam tuam. ut ad tua promissa currentes celestium bonorum fiamus esse consortes. P. Ad corinthios.

Fres. Habes qui ei adhuc gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicat anathema iesu. Et nemo potest dicere dns ihs nisi in spiritu sancto. ~~nisi in spiritu sancto~~. Divisiones vero gratiarum sunt. idem autem spiritus. Et divisiones ministrationum sunt. idem autem dns. Et divisiones operationum sunt idem vero deus. qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapiae. Alii autem sermo scientiae secundum eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum in uno spiritu. alii operatio virtutum. alii prophetia. alii